ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 177r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift





auscultat, dum dicit inquit mihi per singulos dies ubi est
dominus tuus. haec memoratur sum et effudi in me animam
meam. quoniam ingrediar in locum tabernaculi admira
bilis usque ad domum dei; et iterum in quasto decimo
psalmo dicit; Domine quis habitabit in tabernaculo
tuo. aut quis requiescet in monte sancto tuo.
Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam et cetera.
Quis ergo est iste locus tabernaculi admirabilis ex quo
pervenitur usque ad domum dei. cuius quia memor
factus est. effusa est in ipso anima eius. et velut
quodam intolerabili desiderio resolutus est. Ita
nec tandem credendum est. quia istud tabernaculum
quod expellibus et costinis atque operimentis cilici
nis aliisque nostri usus materiis constabat. propheta
desiderans effundere animo ac tota mente corruere.
vel ceste quomodo verum erit de isto dicit tabernaculo
quod non habitet in eo nisi innocens manibus et mun
do corde qui non accepit in vano animam suam.
Cum regnorum prodat historia habitasse in tabe
naculo dei sacerdotes pessimos filios pestilentiae
et ipsam quoque arcam testamenti ab allophilis
captam apud impios et profanos fuisse detentam.
Ex quibus omnibus constat longe alio sensu
prophetam sentire de tabernaculo hoc in quo dicit